

olim respondit secundum sententiam Cancellarie appellatione Parochialis comprehendit etiam illam que tantum habitu sit, eam rationem reddidit quoniam in horas singulas potest fieri actu si revertantur Parochiani. At certum est nos verari in primo casu, siquidem nulla subest, nec subesse potest spes, ut habitus curae ad actum reducatur flante juris prohibitione & incapacitate Monachorum claustralium exercendi curam animarum Monasterio incumbentem.

15 Certum est igitur ante commendam quo tempore in Monasterio erat Congregatio Monachorum curam non fuisse penes Abbatem & Monachos, sed penes Monasterium; idque expressè adnotavit Abb. hic. num. 5. his verbis: (Nam cura animarum non est collata ipsi Collegio Monachorum, cum sint hie) non ut exerceant curam, sed regulariter vivant, unde cura est potius Ecclesie ipsorum, sequitur Mandol. conf. 20. num. 9. & Rota in recent. decif. 53. num. 2. in fin. par. 2.

16 Atque hinc necessariò sequitur ut idem sit dicendum postquam Monasterium fuit commendatum, quia commenda statum beneficii non mutat, Sarnen. in reg. de infirm. qu. 13. Pur. decif. 25. lib. 5. Cassad. decif. 5. de privi. n. 2. Rota decif. 587. n. 2. & decif. 4. par. 4. diver.

17 Quod addo verum est, ut etiam per mille annos beneficium fuerit commendatum semper, tamen remanserit in eo status in quo erat ante commendam, eoque cessante non dicitur vacare per obitum, sed daret antiqua vacatio que erat tempore primæ commenda, Gemir. post Feder. de Sen. quem citat conf. 8. num. 8. vers. Quis non est necess.

18 Et ob hanc rationem S. Congregatio alias respondit Archiepiscopo Urbinate. tanquam proximiorum posse quidem visitare Ecclesias territorii Abbatis Caltri Durantis nullius Diocesis, sed Abbatis ipsam que regularis est non posse Archiepiscopo visitare, utcumque personis secularibus commendari consueverit; nimirum quia Episcopus ex cap. 9. sess. 24. potest visitare Ecclesias nullius Diocesis seculares tantum non autem regulares & per commendam status regularis Abbatis immutatus non fuit.

19 Et propter eandem rationem Sac. Congregatio consulta an facultas utendi beneficia feminario, quam habet Ordinarius vigore, c. 18. sess. 23. se extendat ad beneficia regularia Conventu tamen carentia & in commendam tradi solita respondit non se extendere, quia scilicet per commendam non desierunt esse regularia.

20 Hujus conclusionis ratio est, quia commenda non est verè & proprie titulus, cap. Qui plures 21. qu. 1. ubi est text. quod nemo duas Ecclesias in titulum tenere potest, tamen potest unam in titulum & aliam in commendam & ita notat ubi gloss. Hugo & Laurentius. Nec commendatarius dicitur proprie Prelatus, sed quasi depositarius & non habet proprietatem, nec possidet nomine proprio, Rom. conf. 350. In causa Socini. conf. 32. num. 7. lib. 1. Inter commendatarium & Ecclesiam non contrahitur Matrimonium sicut inter Ecclesiam & Abbatem, Gemir. d. conf. 8. num. 5. Et propterea tanquam possident nomine alieno nullo unquam tempore potest præscribere, aut novum statum beneficium imprimere c. Si diligenti, ubi Joan. Andr. & Abb. notant de prescript. Si diligenti, ubi Joan. Andr. & Abb. notant de prescript.

21 Ideoque non intrat dispositio cap. Cum de beneficio, de grabend. in 6. quia ille textus procedit in vero titulari, qui proprio nomine possidet, ut colligitur ex illis verbis, Sæcularibus Clericis inlitis in eo Rectoribus, & illic declarat gloss. Archid. Joan. Monach. Joan. Andr. ac ceteri.

Et quamvis Commendæ nostri temporis sint adhiat titulorum, & jura omnia de titularibus loquentia habeant locum in his commendatariis ut per Callanum qui examinat formulas in Comment. consuet. Burgund. & dictum est supra. Id tamen procedit potius per extensionem, & ex verisimili mente, cum materia est favorabilis, quam ex proprietate, cum verò commendatarii non possideant, nec habeant titulum, ita declarat Rota decif. 760. lib. 3. par. 3. diverf.

Et certè cum etiam Monasteria, in quibus viget Regularis observantia dentur in commendam perpetuum, ut colligitur ex cap. 20. sess. 25. de Regular. & patet hodie in Monasteriis Crypta Ferrate Ordinis S. Basilii, Ferrensis, & Sublacensis Ordinis S. Benedicti, & Foffæ Novæ, Ordinis Cisterciensis, que Cardinalibus sunt commendata; utique si præter Abbatem etiam commendatarius esset ibi Prelatus, in eadem Ecclesia, vel Monasterio essent duo capita contra text. in cap. In Apibus, 7. quæst. 1. & cap. Quoniam in plerisque 5. de offic. Ordin. Et propterea Abbates tanquam Prelatos & Sponsos Ecclesie in Synodis, & aliis publicis functionibus præcedere commendatarius censuit S. Congregatio. Et alias cum Cardinalis Vercellen. obtinuit in commendam duas Abbatis habentes temporalem & spirituales jurisdictionem, & jura Episcopalis cum tali exemptione à jurisdictione Ordinariorum, adisset S. Congregationem, ut sibi committerentur executiones literarum Apostolicarum: Congregatio censuit verbum faciendum cum Sanctissimo, qui adhibuit eam rationem adducens, quia privilegia sunt concessa

Abbatibus, ipse autem est Commendatarius, & ex filio Concilii commenda & titulus accipiuntur tanquam diversa, ut patet in cap. 4. sess. 7. & cap. 17. sess. 24. Ideoque de residentia Commendatariorum quasi in decretis generalibus super residentia aliorum titulum non essent inclusi, Patres ediderunt speciale decretum in cap. 2. sess. 6.

Hæc igitur conclusio, quod commenda etiam secundum formulas hodiernas non mutat statum beneficii verissima est, & receptissima tam apud scribentes, quam in S. Congregatione, & in Rota. Et propterea hinc necessariò inferitur, ut cura animarum non residet penes Commendatarium, sicut non residet penes Abbatem, in cujus locum Commendatarius est subrogatus.

Quòd si urgeas, idcirco ante commendam cura non incumbat Abbati, quia repugnabat ejus statui curam animarum exercere, ut dictum est supra. Hoc autem impedimentum cessat post commendam, quia Commendatarius tanquam secularis non prohibetur curam animarum exercere per seipsum, ergò & dispositio cessare debet quam rationem in puncto consideravit Rota coram Cardinali Dillino in Tuderino Prioratus. Responditur hæc ratio impedimenti cessantis hoc casu non valere, quia cum Commendatarius successerit in locum titularis incapax curæ animarum non habetur ratio capacitatis ipsius Commendatarii, sed Abbatis duntaxat cujus vices Commendatarius gerit per regulam subrogatorum, que procedit etiam quoad jura personalia juxta text. in l. fin. ubi Bart. d. c. Proxim. sac. serm. lib. 11.

22 Exemplum clarum patet in concursu; nam Monasteria, quibus cura animarum incumbit non subiacent huic formæ, quia que prescribuntur à Concilio in c. 19. sess. 24. de editis proponendis, & de quibuscumque addere volentibus obtemperari non possunt inter Regulares tanquam Prelatis obedientiariorum: tamen quamvis hæc ratio cesset, cum Monasteria commendatarius Clericis secularibus, inter quos servari potest forma Concilii, abhominis S. Congregationis articulo diligenter discussa in causa Tuderina Prioratus hæc rationem Rota infirmam existimavit, censuitque eo casu non requiri hanc formam examini per concursum; quam decisionem approbavit Clemen. VIII. Similiter S. Congregatio nulla habuit ratione impedimenti cessantis alius declaravit Commendatarius Monasterii curam animarum habentis, quam exerceat per Clericos seculares, non posse cogi accedere ad Synodum Diocesanam Episcopi, sed lat esse ut ad eam mittat Clericum qui curam exerceat, ergò eo modo quamvis in Commendatariis cesset ratio incapacitatis curæ; tamen qui commenda statum non mutat, Commendatarius obtingit non debet ad onus exercendi curam, ad quod titularis non tenebatur, nam jura loquentia de Monachis habent etiam locum in hujusmodi Commendatariis. Prob. in d. c. Nemo, n. 10. & 15. de elect. in 6. & dictum supra.

Præterquam quod decisio Rote loquitur in terminis longè diversis, videlicet in commenda Parochialis, seu Prioratus à Monasterio distincti, juxta text. in cap. Nemo, de elect. in 6. Atque ita in casu decisionis cura incumbit Priori. Unde non procedit nisi in casu, in quo etiam beneficium quod commendatur, si conferretur in titulum profusus cogi possit ad curam animarum per se ipsum exercendam.

23 Non obstat quòd cum in dictis Monasteriis cura animarum plerumque exerceatur per Vicarios ad nutum amovibiles, id arguit curam esse penes deputantem; & sic peres Commendatarius, ad quem jura deputandi pertinet, sicut pertinebat ad Abbatem in Ecclesia sibi pieno jure subiecta juxta distinctionem Archid. in cap. De Capellis, 16. quæst. 2. Holt. Joan. Andr. & Butr. hic. Respondetur enim id non procedere in deputante, qui sit prohibitus curam exercere, sicuti est Abbas per jura superioris allegata: vel succedit prohibito sicut est Commendatarius. Præsertim verò quia Innoc. IX. olim Cardinalis SS. Quatuor adnotatum reliquit in cap. 5. & 8. sess. 7. Concilii Tridentini in Monasteriis à prima institutione curatis habere locum dispositionem c. 11. sess. 25. de Regular. & cura per Vicarium amovibilem exerceri possit, & tenetur ita per S. Congregationem fuisse resolutum. Unde patet ex eo quòd Vicarius sit amovibilis, non bene inferri ut cura non incumbat Monasterio.

Cum igitur ex prædictis liquet evidenter curam animarum incumbere Monasterio, non autem illius Abbati, ac proinde nec Commendatario qui in Abbatis locum successit, necessariò sequitur ut intrat decisio S. Congreg. superioris relata n. 6. atque à Gregorio XIII. approbata, ut scilicet Commendatarii non teneantur residere. Inanis enim esset residentia eorum qui deservire non teneantur, cap. Quia nonnulli, & c. Congreganti de Cler. non resid. Card. Turrec. in c. Pervenit n. 2. 7. q. 1. Joan. Andr. in d. c. Licet Canon. n. 4. de elect. in 6. Abb. in c. Non liceat, n. 8. de Cler. non resid. Sigas de residentia Episcopis, c. 3. n. 3.

Quibus accedit communis observantia. Nam ejusmodi Monasteria passim commendantur Cardinalibus & Prelatis, qui non resident, nec curam exerceant per seiplos. Quòd arguit curam

curam eis non incumbere, ut per gloss. in Clem. Dudum, §. Statuimus, in verb. Impendant, de Sepultur. & ibi Card. in §. Ac inde, n. 9. Vitalis. in §. Verum, num. 3. & seq. Abb. in cap. Dudum, il secondo n. 8. & 9. de elect. & in cap. De multa n. 24. de præben. Dec. in cap. Ad aures, n. 19. de rescript. vers. Et Curatum, late Sarnen. in regula, de Admonit. q. 11. Nam illi quibus hujusmodi cura incumbit, tenentur deservire per seiplos, cum sit electa industria personæ, cap. Cum sit de aiat. & qualit. Archid. in cap. Sacerdotibus, 1. 1. q. 1. Abb. in d. cap. Non liceat, n. 8. Dec. in cap. Cum omnes, in secunda lect. in 1. notab. de Constit. Alioquin præsumeremus delictum in omnibus Commendatariis, in Ordinariis & Visitatoribus Apostolicis, qui hoc viderunt; permiserunt & approbarunt; cum tamen ubi actus potest referri ad bonum, & malum, & ad causam permif-

sam, vel non improbatam semper referri debeat ad bonum, & præsumatur legitime factum, l. Merito, ff. pro Socio, Abb. in d. cap. Non liceat de Cler. non resid. Dec. in cap. In præsentia, n. 52. de probat.

Ex quibus omnibus videtur posse generaliter responderi illi Monasteria sint Ordinis S. Benedicti, vel S. Basilii, & dentur in commendam, quamvis habeant curam animarum personarum secularium Commendatarios non teneri in eis residere, aut curam animarum per seiplos exercere, sed eam curam esse per Vicarios Prebiteros seculares exerceam, quemadmodum in aliquibus casibus particularibus in responso S. Congregatio, & præsertim in causa inter Episcopum & Commendatarium Monasterii S. Benedicti Teræ Gualdi Nucerinæ Diocesis. Et ita responsum.



DE CAPELLIS MONACHORUM.

Honorius III. Episcopi Venetensis.

CAPUT III.

EX parte tua fuit propositum: & infra. Abbas & Conventus Riven. Veneten. Diocesis occasione literarum Apostolicæ sedis asserunt sibi esse concessum, ut in singulis ipsorum Prioratibus singuli Monachi commorentur, si pluribus non suppetunt facultates eorumdem. Cum autem id obviet Lateranensi Concilio, de quo nulla mentio est in litteris antedictis, Fraternaliter tuæ breviter respondemus, quòd hujusmodi litteras ad Apostolicam sede non credimus emanasse. Quòd si per occupationem forsitan emanaverint, nolimus per hoc derogari Concilio supra dicto.

SUMMARIUM.

- 1 Constitutio edita à Papa in Concilio an dicatur Conciliaris, quo ad hoc ut contraria rescripta, vel privilegia non valeant, nisi Concilio fuerit derogatum, & n. seq. usque in finem.
2 Constitutionibus Papa, vel decretalibus Episcopis in privilegiis non est opus ullatenus derogare, & in rescriptis sufficit derogatio generalis.
3 Privilegium est lex privata, & contra jus commune, & ex sui natura derogat legi.
4 Rescriptum contra legem regulariter non valet, non tamen requiritur specialis derogatio, sed sufficit generalis, nisi lex sit conciliaris.
5 Constitutiones editæ à Papa in Concilio appellantur simpliciter Constitutiones Papæ.
6 Episcopi non habent facultatem dispensandi contra Constitutiones Conciliares, sicut nec legati.
7 Secus si Constitutiones sint editæ à Papa in Concilio.
8 Concilia generalia habent tacitè clausulam annullativam eorum que in contrarium sunt, & n. 26.
9 Concilio generali in contrariis rescriptis & privilegiis, cur debent specialiter derogari.
10 Concilium unè dictum.
11 Humanis moris est illum vereri, cujus voluntate nunc erigitur, nunc deprimatur.
12 Papa sententia prævalet, discrepantibus sententiis inter Papam & Concilium.
13 Intellectus cap. Nonnulli de rescript. & n. 26.

- 14 Constitutionibus Conciliaribus debet specialiter derogari in contrariis privilegiis, & litteris gratis, & n. 27.
15 Canonis editi à Papa in Concilio dicuntur Conciliares quoad effectum derogationis, & n. seq.
16 Intellectus, cap. Eam te, de stat. & qualit.
17 Constitutiones editæ à Papa & Concilio simul sunt majoris autoritatis, quam Constitutiones solius Concilii.
18 Collatio Apostolica facta pupillo coram Papa existenti de dignitate Cathedralis Ecclesie, non tenet, nisi in litteris fuerit derogatum contrariis Constitutionibus editis à Papa in Concilio.
19 Privilegium exemptionis à decimis prædialibus concessum Religiosis Societatis Jesu obique derogatione Cap. Nuper, de decimis, validatur à Gregorio XIII.
20 Constitutio edita à Papa, sacro approbante Concilio, dicitur Conciliaris.
21 Constitutiones in Concilio edende sunt nomine Papæ, & ab ipso tanquam digniori & principaliori sunt denominandæ.
22 Cardinalium cætus dispensare non potest contra Constitutiones editas à Papa in generali Concilio.
23 Episcopus dispensare non potest cum sibi subdito vero bigamo ad primam conjugium, & beneficia simplicia.
24 Papa præsentia in generali Concilio Patrum libertatem non minuit in sententiis proferendis.
25 Viennensis Concilii tractatus ad clamorem Joan. Andree, ibid.
26 Verborum incursatio etiam superflua admittitur ad tollendam justitiam malignorum interpretationem.

EX parte. Non valet rescriptum impetratum per Monachos, ut soli maneat in Capellis, si de Lateranensi Concilio non faciet mentionem. Hoc dicit, Dividitur in duas Fagnan. in III. Lib. Decretal.

partes; in prima ponitur consultatio, in secunda responso, ibi, Cum autem. Nota primò Monachos non debere singulis in Prioratibus, D 6

lege *Si sepulchrum*, *cod. de Relig. & sumpt. funer. lege 1. Si usufructus*, ff. ad l. Falcid. & l. Ujus, ff. de usu & habitat.

10 Incorporalia enim dividi non possunt, c. *Nihil 7. q. 1. & ita* sic firmat glossa i. Innoc. n. 1. Hoff. in princ. & n. 2. & Abbas n. 7. dicentia hanc opinionem tenere communiter Doctores.

11 Goffredus tamen refert in quibusdam locis, sicut Nepoli jus patronatus dividi per uncias, & aliter illam consuetudinem posse exculari, quasi ejusmodi divisiones non hiant respectu juspatronatus, sed respectu patronorum secundum quas heredes successerunt patrono uni vel pluribus & non respectu portionum, quas contulerunt Ecclesiam contribuendo vel dotando & potest esse aliqua utilitas harum divisionum ut Ecclesia in alendo & in honoribus magis teneatur et à quo plus recepit, sed actus presentandi communis erit omnibus & cum his dicit Goffred. tranfit hic simpliciter Joan. Andr. n. 10.

12 Secundo, nota hic *Inter heredes patroni* Jus patronatus esse transitorium ad quoscunque heredes & sic etiam ad extraneos cum hac littera de heredibus indifferens loquitur, Abb. hic num. 2. gloss. unic. in c. *Considerandum*, 16. q. 7. Cardin. in Clem. fin. in 6. q. 9. & hic etiam Anchar. n. 7. & Imol. n. 15. de *jurepatr.* Aretines in c. *Significavit*, col. 3. de *testib.* Covar. alios referens *var. resol. lib. 2. cap. 18. n. 6.* Cardin. Seraph. *decis. 364. n. 3.*

13 Quin imò non tantum tranfit in heredes masculos, sed etiam in feminas. Jura enim in hac materia juspatronatus inter masculum & feminam non distinguunt; Imola post Paulum de Leazar. in d. Clem. fin. num. 15. *vers. Idem dicit Paulus*, Abb. hic n. 3. & conf. 54. *videtur primo*, nu. 4. *vers. Nec est distinguendum lib. 1.* Roch. de Curt. in *tract. de jurepatr. in verb. Competens n. 1. & in verb. Iste velis qu. 6.* Lambertin. in *cod. tract. 2. part. lib. 1. in secunda questione principal. art. 14.* Facit *cap. fin. supra de concess. praebend. & cap. Ex litteris infra cod. etiam jus patronatus fuerit institutum per modum majoratus, ita ut deveniat ad unum tantum; scilicet majorem natu, seu primogenitum; nam nihilominus succedunt feminæ, nisi expresse sint exclusæ, Covar. *practic. que olim c. 38. num. 13. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. c. 1. n. 26. & 27. & lib. 3. c. 6. n. 41. & c. 7. n. 19. Nicol. Garz. de benefice. part. 5. cap. 9. num. 145.**

15 Quæro an jus patronatus gentilitium, id est reservatum illis de familia & agnatione fundatoris, extincta agnatione, sit transitorium ad extraneos heredes.

16 Ad partem negativam inducitur autoritas Baldi *conf. 400.* circa primum num. 1. & 2. vol. 2. Ubi consulit jus patronatus concessum filiis post eorum obitum non tranfire ad extraneos heredes, ea præcipue motu ratione, quod cum jus patronatus fuerit à fundatore concessum filiis, videtur denegatum extraneis hanc qualitatem non habentibus, argum. l. *Cum Prator*, ff. de *judic.* & in *authen. de non alien. 3. Emphyteusim.* Et in iisdem ferè terminis Gem. *conf. 45. Describendo per ordinem n. 70. in 3. dubio*; respondit jus patronatus relictum filiis masculis; in eorum defectum non tranfire ad feminas, sed extingui & Ecclesiam remanere liberam. Nempe quia expressio masculorum censetur facta ad exclusionem feminarum, ergo eodem modo expressio illorum de familia hoc casu censetur facta ad exclusionem aliorum hanc qualitatem non habentium. Ad idem facit Card. *conf. 48. Quidam nobiles*, num. 1. & Roch. de Curt. in *tract. de jure patr. in verb. Iste velis qu. 33. in fin.*

18 Et confirmatur exemplo jus patronatus concessi universitati, quod non potest transferri in eos qui sunt extra universitatem, Lambertin. in *tract. hujus tituli. part. 1. lib. 1. in 2. qu. princip. art. 9. n. 12.*

19 Ad contrarium sic arguitur. Provisio hominis regulariter non tollit provisionem juris communis in eodem casu, l. *Si cum dotem in princ.* & ibi Bart. col. 1. in *fin. ff. sol. Matrim. l. Extraneus*, ff. de *condict. ob caus. l. 4. §. Si ex conjunctione*, hic: Cum accesserit aliquid rei judicatur, non videtur à re judicata recessum, ff. de *re judicat. Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de locat. §. Nunc aliqua versic. 35.* cum aliis allegatis per Anton. Gabr. *commun. conclus. de reg. juris consil. 6. n. 4.* Sed jus patronatus ex provisione ju-

ris communis est transitorium ad extraneos heredes ut hic patet & notat Joan. Andr. in c. *Cum saeculum n. 6. infr. cod.* & dicitur est supra in 2. *notab. n. 12.* Ergo provisio hominis in reservando jus patronatus illis de familia non tollit, quin illis deficientibus ex provisione legis ad extraneos heredes transeat. Quo potissimum fundamento pro hac parte plene consulit Petrus de Anchar. *conf. 81. Primum facie videtur per totum & ante cum Calder. conf. 1. Titus habens de jure patronatus*, ubi similiter est casus; & sequuntur Roch. de Curt. in *tractatu hujus tituli in verbo Competens n. 2. vers. Et præmissum*, dicens se non reperisse aliquem tenentem contrarium, Curt. junior *conf. 257. n. 2. & conf. 223. n. 2. lib. 3. Paris. conf. 48. n. 11. & 21. lib. 4. Dec. conf. 149. num. 2. Cassad. dec. 1. num. 3. de jure patronatus*, & hanc opinionem Ancharani esse communem & veram magistratè deducunt Doctores de Rota coram Robuiterio in causa Cremonensi juris patronatus *dec. 385. per totum, parte primâ divers.*

Facit etiam pro hac parte, quod quando in fideicommissio aliquis casus est omisus, relinquuntur depositioni Juris communis, lege *Commodissimi*, ff. de *lib. & posth. & d. l. si cum dotem*, ff. *solut. matrim.* sed casus deficientis familie fuit à testatore omisus, ergo jus communis dispositioni est relinquendus, quo cautum est ut jus patronatus transeat ad extraneos heredes. Sic enim provisio hominis convenit cum provisione legis & utraque servatur in suo casu, videlicet provisio hominis quando superles erit aliquis de familia, provisio autem legis ubi familia defecerit. Quotiescumque autem provisio legis facta est in defectum provisionis hominis, tunc filiet lex ubi loquitur homo, sed ubi ex diverso fonte & novâ radice procedit lex, ut formaliter inquit Bald. in *leg. Certi juris n. 1. cod. locati*, nec provisio hominis facit cessare provisionem legis etiam specialis & extraordinarie quando concurrunt circa diversa, Bart. in *dicit lege si cum dotem & in lege si constante*, ff. *solut. Matrim. Rota d. dec. 385. n. 5.*

Pro solutione videtur sic distinguendum. Aut Fundator voluit jus patronatus esse illorum de familia taxativè, ita ut ad eos tantum pertineat, non autem ad eorum heredes; & tunc jus patronatus ad heredes extraneos minime tranfit, sed extinctum remanet extincta agnatione & Ecclesia fit libera; & in hoc casu loquitur Card. & Rochi initio questionis allegati, pro ut eos declarat Paris. *conf. 48. n. 6. lib. 4.* Potest enim patronus in fundacione Ecclesie remittere jus patronatus in totum vel pro parte & limitativè illud inducere in præjudicium descendendum vel extraneorum heredum pro ut ei libuerit, c. *Significavit de testib. c. 1. de jure patronatus lib. 6. ubi Archid. & alii.*

Aut jus patronatus fuit concessum illis de familia simpliciter ac sine ulla taxatione: & hoc casu tranfit etiam ad extraneos heredes non ex provisione hominis, sed ex provisione legis cui provisio hominis non adversatur; & procedunt rationes adductæ pro secunda opinione quidquid in oppositum tenuerint Bald. & Gemin. initio citati qui loquuntur contra communem.

Ex quibus patet etiam responso ad objecta, sed nihilominus singularim respondendo, non obstat quod jus patronatus fuerit reservatum illis de familia, quoniam verba illa stant demonstrativè secundum Calder. & Anchar. *locis citatis* & quatenus taxationem aliquam importarent, illa tamen intelligitur, durante familia, non autem eâ deficiente, ut ex dictis constat.

Fursum non obstat simile de jure patronatus universitatis, quia similitudo in hoc consistit quod quilibet superfluit aliqui de familia, non admittuntur extranei ei, sed familia extincta, casus à fundatore omisus regulari debet juxta juris dispositionem, & in hoc non procedit simile universitatis seu Collegii quorum non datur hæres vel successor, sicut datur ultimo de familia.

Et ita in terminis resolvit Rota in d. *casu Cremonensi juris patronatus, die 6. Junii 1578.* coram Card. Seraph. ut in ejus impressis *dec. 364.* que postea fuit confirmata sub die 21. Novembris ejusdem anni, ut *dec. 378.* & concordant allegata *decisione Robuiterii 385. parte primâ diversorum de Cassad. decisionem primâ*, num. 3. *de jure patronatus & hac est veritas.*

DE JURE PATRONATUS.

Ex Concilio Lateranensi.

CAPUT III.

Quoniam in quibusdam locis fundatores Ecclesiarum, aut heredes eorum, postulate, in qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur, & cum una Ecclesia unus debeat esse rectoris, pro sua defensione plurimos repræsentant, Præsenti decreto statutum, ut si forte in plures partes fundatorum se vota dividerint, ille præficiatur Ecclesie, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur assensu. Si autem hoc sine scandalo esse nequiverit, ordinet Antistes Ecclesiam sicut melius cum secundum Deum viderit ordinandam. Et idipsum etiam faciat, si de jurepatronatus quælio emerit inter aliquos & cui competat, infra quatuor menses non fuerit definitum.

SUMMARIUM.

- 1 Patronus discordantibus præficiendus est præsentatus qui plures habet voces.
- 2 Jus Patronatus ex fundacione acquiritur, quod si plures sint Fundatores, omnes efficiuntur Patroni.
- 3 Jus Patronatus est transmissibile ad quoscunque heredes.
- 4 Ex fundacione vel dotacione non acquiritur iure jure, sed ex gratia & concessione Ecclesie.
- 5 Ecclesie etiam per laicos fundata cum dotibus suis olim ad Ordinationem pertinent Episcoporum.
- 6 Juris Patronatus origo & prærogativa & n. 31.
- 7 Patroni quidquid juris habent in Ecclesia, totum ex gratia procedit & de speciali gratia toleratur.
- 8 Laicus, circumscriptis dispensacione Ecclesie, non est copax Juris Patronatus quod est Spirituali annexum.
- 9 Papa si velit, potest libere disponere de beneficiis Patronatus Laicorum, etiam revois Patroni.
- 10 Sed non expedit ut sic disponat, ne laici à fundacionibus retrahantur.
- 11 Papa non censetur velle Patronatus laicorum derogare, nisi hoc exprimat.
- 12 Juris patronatus concessio posteaquam redacta est in corpore juris, non dicitur gratia, sed justitia.
- 13 Præsentatio facta à majori parte patronorum, etiam respectu minoris valida est, licet non sit facta à majori parte omnium.
- 14 Patronus unus ex duobus potest alterum præsentare, licet ex duobus eligendis unus non possit alium eligere.
- 15 Præsentatus à pluribus in discordia patronorum, præferendus est si sit idoneus, licet alius præsentatus sit dignior.
- 16 Jus conferendi Ecclesiam liberè ad Episcopum devolvitur, si quæstio super patronatu laicali infra quadrimestre aut Ecclesiastico infra semestre non fuerit terminata.
- 17 Sive quæstio sit super quasi possessione præsentandi, sive super proprietate.
- 18 Quod procedit si quæstio inter compatronos vertatur, secus si inter Episcopum & patronum, quia tunc æconomus deputabitur.
- 19 Item secus si litis vertatur inter ipsos præsentatos aut inter patronos & præsentatos.
- 20 Item secus si quæstio sit super idoneitate præsentati aut patroni, concordari non possunt in persona præsentandi.
- 21 Eligendis testes ad Superiorem non devolvitur, licet quæstio super jure eligendi infra tempus ad eligendum præfixum non fuerit definita.
- 22 Jus præsentandi in multis differt à jure eligendi.
- 23 Jus patronatus an acquiritur ex sola fundacione, an verò etiam requiratur constructio & dotatio Ecclesie & n. seq. usque ad n. 50.
- 24 Fundare quid sit.
- 25 Constructio nomine includitur etiam fundatio.
- 26 Fundans non efficitur patronus, si nemo alius Ecclesiam construat & dotet, nec construens si nemo alius dotem assignet, nec dotans si nullus Ecclesiam fundet & construat contra Lambertinum & n. seq. usque ad n. 49.
- 27 Dotis modica non efficit quem patronum.
- 28 Jus patronatus ex tribus causis acquiritur.
- 29 Patronus efficitur qui Ecclesiam de non esse deducit ad esse.
- 30 Ecclesia vel Basilica appellari non potest, nisi in constructione sit eo usque processum, ut possint hic Divina Officia celebrari.
- 31 Jus patronatus quid sit.
- 32 Jus patronatus amittitur, si Ecclesia funditus destruat & n. 56. & 58.
- 33 Retentio facilis datur quam nova acquisitio.
- 34 Ecclesia edificari non debet, nisi prius assignentur que necessaria sunt pro luminaribus, pro custodia & pro stipendiis Ministrorum.
- 35 Et de facta constructa sine dotis assignacione consecrari non debet, nisi prius fundator illam dotet.
- 36 Consecrans Ecclesiam indotatam tenetur eam competenter dotare.
- 37 Et in defectum Episcopi consecrantis tenetur fundator.
- 38 Fundator qui consensit Ecclesiam dotat, an ex fundacione efficitur patronus.
- 39 Commodum non debet quis consequi ex eo quod facit invitatus.
- 40 Dotans Ecclesiam prius fundatam & constructam de consensu Diocessani jus patronatus acquirit.
- 41 Et ingitur ab initio eam dotasse n. 48.
- 41 Jus patronatus est individuum & semel quæsitum ex una causa, non potest ex alia causa acquiri.
- 42 Meum ex una causa ex alia meum fieri non potest, nisi desinat esse meum.
- 43 Ex præsentacione secunda non potest alicui jus competere, si competat ex prima.
- 44 Matrimonium carnale vel Spirituale constare non potest ex consensibus iteratis.
- 45 Jus patronatus quomodo intelligatur acquiri ex tribus causis alternativè & n. 49.
- 46 Ecclesia sine substantia rerum deserviri non potest.
- 47 Dotis constitutio de Diocessani consensu retrahitur ad tempus fundacionis & constructionis Ecclesie.
- 48 Jus patronatus acquiritur si unus det fundam, alius Ecclesiam construat, & alius assignet dotem & omnes in-

Leicit, esse Concilium generale, ut dictum est supra, n. 15. vers. Et propterea Hof.

21 Nec obstant fundamenta in contrarium adducta. Ad primum enim respondetur declarando majorem propositionem. Quod enim dicitur Constitutionibus Apostolicis nullatenus esse derogandum in contrariis privilegiis; & in rescriptis sufficere generalem derogationem, procedit si Constitutiones sint solius Papæ, ut sunt Epistolæ Decretales & Extravagantes, ut per Gemin. d. conf. 44. n. 3. & ita procedunt jura & autoritates in contrarium adductæ. At Constitutiones editæ à Papa in Concilio non sunt Constitutiones solius Papæ, sed Papæ & Concilii simul. Et quamvis sæpè appellentur simpliciter Constitutiones Papæ, ut in iuribus citatis n. 5. hoc tamen procedit solum respectu denominationis. Fateor enim Constitutiones in Concilio cui Papa præfedit, nomine Papæ edendas esse & ab eo tanquam digniori & principaliori esse denominandas, nisi ipse ex humilitate consentiat ut tribuantur Concilio, ut dixi latè in c. 1. supra de pact. Sed hinc non sequitur quin sint Constitutiones conciliatæ, quia ad hoc factus est ut in illarum editione Concilium quoque concurrat quomodo sive præstando auctoritatem sive approbationem sive consensum sive consilium, secundum ea que scripti in dicto capite primo in princ. & patet ex dictis supra, numero decimo quinto & seqq.

22 Ad secundum respondetur, negando Episcopos posse dispensare contra Constitutiones editas à Summo Pontifice in Concilio generali. Contrarium enim colligitur ex clem. Ne Romani de elect. ubi reprobat opinio que attruebat ceterum Cardinalium posse dispensare contra Constitutionem editam à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi. Et ita tenet glossa in clem. 2. in verbo Eligatur, ed. tit. per quam Abbas affirmat Episcopum non dispensare contra Concilium, id est contra Constitutionem editam à Papa in Concilio, de qua textus loquitur; & per hæc Felin. dicit se non audere primam opinionem firmare in d. c. 1. n. 5. vers. sed in contrarium de sponsal. addo textum ad quem li Felin. advertisset à priori sententia liberius discessisset, textus inquam in Extravaganti Sancta Romana Joannis XXII. de Relig. domib. Hic enim expresse deciditur Episcopos non posse dispensare contra Concilium, ut in vers. Quidam autem hic quos nec eis (id est Episcopis) vel eorum Superioribus concedere licet contra formam Concilii generalis; & tamen pro Concilio generali intelligit Constitutionem, capite. Ne nimia, supra titulo proximo, que non fuit edita immediate à Concilio, sed ab Innoc. III. in Concilio generali, ut ex illius inscriptione apparet.

23 Hinc etiam Sacra Congregatio Concilii declaravit Episcopum non posse dispensare cum sibi subito vero bigamo ad primam tonsuram & beneficia simplicia, cum hoc adverteretur generali Concilio Lugdunensi, ut in c. unico de bigam. lib. 6. & tamen nec illa Constitutio emanavit à Concilio immediate, sed edita fuit in Concilio à Gregorio X. ut patet conitax ex illius superscriptione.

An autem magna ex causa Episcopi possint dispensare contra generale Concilium, non est præteritis indaginis, sed dixi in c. fin. num. 3. & num. 11. usque in finem supra de fil. Presbit.

24 Ad tertium respondetur imò præsentiam Romani Pontificis in Concilio nullo modo mimere omnimodam libertatem quam Episcopi habent profertendi sententiam; & ex actis Conciliorum constat etiam eo presente, articulos fuisse summa cum maturitate & deliberatione discussos; & Episcopos quotiescumque oportuit aut libit libere contradixisse. Et in specie refert Joannes Andreas in c. inter cetera n. 13. de Offic. Ordin. se pluries clamasse in tantum quod factus fuit sermo in Concilio Viennensi, ut Curia Romana reciperet vigesimam reddituum Clericorum totius Orbis ad sustentationem Papæ & Cardinalium; & nihil exigi vel recipi posset pro servitiis Prælatorum quot promovet, exceptis taxatis salariis laborantium, puta scriptorum & similibus; & tunc provideret Legatis & Nunciis quos mittit de prædicta quota & abstineret ab exactione fructuum primi anni, exactionibus decimarum & similibus que tunc pullulabant; sed Prælati existentes in Con-

25 Nec refert quod in varietate opinionum prævaleat sententia Romani Pontificis. Nam si Pontifex decernat contradicente Concilio, Decretum illud erit quidem validum, ut patet ex dictis n. 12. sed non erit conciliare; Scidèd non erit opus illi specialiter derogare in contrariis privilegiis & litteris gratiæ, secundum ea que dicta sunt supra in primo argumento contrario n. 1. Quod si Concilium tandem consentiat Pontifici, jam Constitutio erit quidem conciliaris, sed potius edita cum majori deliberatione propter conciliatum opinionum, arg. leg. fia. §. mixta, ff. de numer. & honor. & Extravag. Quia nonnunquam, Joan. XXII. vers. Nos autem attendentes de verb. signif. cum concord. de quibus hic per glossam in verbo Aperiatur & in verbo Disputari; & consequenter illi multò magis erit derogandum, quàm si à Concilio tantum edita fuisset.

Ad ultimum respondetur, clausulam derogatoriam in d. c. Nonnulli de rescript. fuisse appositam ad abundantiore cautelam; non enim est novum in Jure, ut aliquando exprimentur ea que tacite insunt ad majorem declarationem, ut est textus in c. Quamquam 23. dist. 8. & notat Calder. conf. 221. n. 2. vers. ad idem facit, aliis 1. de Cler. non resid. Ideoque inculcatio verborum admittit etiam superflua ad tollendam sophisticam malignorum interpretationem, secundum Jalon. in lege Eam qui ita, §. Te & Titium n. 4. vers. Sed adverte, ff. de verb. oblig. Præsertim verò, quia quamvis opinio illa quod Concilia generalia tacite habeant clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones, in se vera sit & ferè ab omnibus recepta, tamen in contrarium videtur stare auctoritas Innocentii in d. c. pen in eodem ejusque sententiam veriorum putat Felin. in d. c. Nonnulli sub n. 3. vers. Sed non videtur verum de refer. Undè inutilis non fuit expressio illius clausulæ ad evitandas Doctorum controversias. Et propterea ex illo in privilegiis & rescriptis prædictæ Constitutioni de duabus diuersis semper consuevit specialiter derogari. Post hæc reperi Dominos de Rota in Causa Ulixbonen. Decimarum 5. Novembris 1574. coram Robultherio disputasse ex professo hunc articulum, an Constitutio c. Nuper de decim. edita ab Innocentio III. in generali Concilio dicatur Papalis vel conciliaris ad effectum ut requiratur derogatio; & re maturè discussa resolvissè Dominos, esse conciliarem ad effectum prædictum; non fuerunt ferè ex fundamentis que superius tetigimus, ut videre est decisione 123. parte primè diuersi.



DE JURE PATRONATUS.

Ex Concilio Mediolanensi.

CAPUT I.

Perlatum est: & infra. Nobis visum est, quod Ecclesia inter hæredes patroni dividi non debeat. Et si similitates inter eos surrexerint, propter quas sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit; si aliter provideri non poterit, præcipiat ab Episcopo, ut nullo modo ibi Missarum solemniam celebrentur, donec ad concordiam redeant, & Ecclesia sacerdotem canonicè habeat, qui liberè suum Ministerium valeat exercere.

SUMMARIUM.

- 1 Ob Patronorum discordiam cessat Ecclesia à Divinis, tolluntur inde reliquiæ & ostia clauduntur.
- 2 Jus Patronatus inter hæredes dividi non potest.
- 3 Patroni inter se convenire non possunt, ut unus habeat Patronatum in una parte Ecclesiæ, alius in alia.
- 4 Nec fructus & possessiones Ecclesiæ possunt inter se dividere.
- 5 Possunt tamen inter se pacificè de Rectore alternis vicibus præsentando.
- 6 Etiam sine consensu Episcopi.
- 7 Item si habeant plures Patronatus convenire possunt, ut unus præsentet in una Ecclesia & alius in alia.
- 8 Jus Patronatus est individuum & est in solidum penes unumquemque hæredem.
- 9 Etiam si ex diversis & inæqualibus partibus sint hæredes.
- 10 Incorporalia dividi non possunt.
- 11 Jus Patronatus alicubi ex consuetudine dividitur per uncias.
- 12 Jus Patronatus est transitorium etiam ad extraneos hæredes.
- 13 Non tantum masculos sed etiam feminas.
- 14 Licet fuerit institutum per modum majoratus.
- 15 Jus Patronatus gentilitium, an extinctæ familiæ transeat ad extraneos hæredes & n. seqq. usque in finem.
- 16 Jus Patronatus concessum filii videtur denegatum extraneis hanc qualitatem non habentibus.

- Contrarium n. 19.
- Declaratur n. 23. & 26.
- 17 Reliquiam filii masculis in eorum defectum non transit ad feminas, sed Ecclesia remanet libera.
- Contrarium n. 19.
- Declaratur n. 23. & 26.
- 18 Concessum universitati non potest transferri in eos qui sunt extra universitatem & n. 27.
- 19 Provisio hominis regulariter non tollit provisionem juris communis in eodem casu.
- 20 Casus omisus in fideicommissis relinquitur dispositioni juris communis.
- 21 Provisio legis quotiescumque facta est in defectum provisionis hominis, tunc silet lex ubi loquitur homo.
- 22 Provisio hominis non facit cessare provisionem legis etiam specialis & extraordinariæ, quando concurrant circa diversa.
- 23 Jus Patronatus reservatum illis de familia taxativè, ad extraneos hæredes non transit.
- 24 Patronatus in fundatione Ecclesiæ potest remittere jus Patronatus in totum aut pro parte, prout et libere.
- 25 Jus Patronatus concessum illis de familia sine taxatione, in eorum defectum transit ad hæredes extraneos non ex provisione hominis, sed ex provisione legis.

Perlatum. Propter discordiam Patronorum cessat Ecclesia à Divinis, tolluntur inde reliquiæ & ostia clauduntur. Hoc dicit cum c. seqq. secundum Joannem Andream, Butr. Card. Anchi. & Imol. sed per se sic summari potest. Jus Patronatus est individuum inter hæredes Patroni; & si ob eorum similitates Rector Ecclesiæ non possit suo officio fungi & aliter Ecclesiæ provideri nequeat, cessandum est à Divinis donec Patroni ad concordiam redeant. Dividitur ut per Joannem Andream & de intellectu hujus Capituli, Patronis discordantibus vide plenam glossam in c. Si plures in verbo auferri 16. 4. 7.

Nota primò ex principio textus, Jus Patronatus inter hæredes dividi non potest. Quod tripliciter potest intelligi secundum Joannem Andream hic n. 2. Butr. n. 5. & Abb. n. 6. Primò scilicet ut Patroni inter se convenire non possint ut unus habeat Patronatum in una parte Ecclesiæ, alius in alia; & hunc intellectum posuit Vincentius & magis consonat antiquæ que sic se habet. (Relatum est ad Sanctam Sinodum quod inter hæredes etiam Ecclesiæ in rebus propriis constitutæ dividantur & tanta per eandem divisionem similitates oriatur, ut de Altari tres partes fiant & singulæ partes singulos habeant Præbiteros, quod sine discordia & similitate nullo modo fieri potest, undè nobis visum est quod hujusmodi Ecclesiæ inter hæredes dividi non debeant.) Refertur ab Anton. August. in primo Collect. Decretal. lib. 3. tit. 33. c. 1. Secundo potest intelligi ut fructus & possessiones Ecclesiæ nequeant Patroni inter se dividere; & hic intellectus fuit Petri de Sampione & Abb. Antiq. Via, ff. de servit. Et man. in 111. Lib. Decretal.

ut ipsummet Jus Patronatus dividi non possit inter hæredes, prout intellexit Host. & quilibet intellectus est in se bonus, secundum Abb. d. n. 6.

Ceterum hoc intelligas quoad substantiam Juris Patronatus, non autem quoad ejus pertinentias; nam Patroni bene possunt inter se pacificè de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando, arg. leg. Quoties, ff. de usufructu & lege Via in fine. ff. de servit. & hic tenent glossa 1. Tancred. Vincentius, Philippus & Goufred. licet Innoc. in hoc vacillaverit, aliquando enim absolute improbat hujusmodi conventionem in iuribus Ecclesiæ, ut hic n. 1. vers. hoc tamen nobis non placet, alius verò existimavit Patronos posse sic convenire, de consensu tamen Diocetani & non alius, ut in c. Querimoniam post princ. in verbo Et vicissitudines infra eodem. Sed hodie prima opinio glossæ est approbata & utraque opinio Innocenti reprobata in clem. 2. vers. Et ut pacificè de Jure Patronatus & hic notat glossa in verbo Et ut.

Quod si Patroni habeant plures Patronatus, eodem modo possunt ad invicem convenire, ut unus præsentet in una Ecclesia & alius in alia, ut sic quemadmodum permittitur divisio ratione temporis in præsentando alternis vicibus, ita & ratione loci secundum Ant. de Butr. hic n. 5. & Abb. n. 6. vers. Et si habent.

At verò ipsum Jus Patronatus est individuum, ut hic patet & est in solidum penes unumquemque hæredem; & hoc ideo est, quia cum sit res simplex & in divisibilibus, pervenit ad quemlibet hæredum in solidum, etiam si ex diversis & inæqualibus partibus sint hæredes, arg. leg. Via, ff. de servit. 149.

- solidum efficiuntur patroni.
- 50 Jus patronatus an acquiratur ex reedificatione seu reedificatione Ecclesie & n. seqq. usque ad n. 61. Quid si Ecclesia non sit funditus destructa, n. 52. Et quid si a fundamentis sit diruta, ita ut egeat novae constructione.
- 51 Et quid si reedificetur ex isdem cementis n. 58.
- 52 Servitutem non recipit quod humani juris esse desit.
- 53 Reedificans Ecclesiam funditus dirutam sine Divesiani consensu, non efficitur patronus.
- 54 Ecclesiam constructam reedificare favorabilis est, quam de novo construere.
- 55 Ecclesia per totalem destructionem remanet exsecrata.
- 56 Jus patronatus per totalem destructionem Ecclesie, radicitus amittitur & n. 58.

Quoniam. Si patroni discordant, ille preferitur si sit idoneus qui plurimum patronorum voces habet. Si hoc sine scandalo esse non potest vel si patroni intra tempus debitum non presentant, Episcopus ordinabit Ecclesiam. Hoc dicit. Et dividitur in duas partes. In prima ponit abusum patronorum, qui fuit Constitutionis causa. In secunda constitutionem hic presentis, & hanc secunda subdividitur in tres prout sunt tria dicta. Secunda, ibi. Si autem. Tertia, ibi & idem.

Nota primò hic, fundatores. Jus patronatus acquiri ex fundatione Ecclesie ut hic & in c. Filiis 16. q. 7. in c. Consulat & in c. Nobis infra eodem. Quòd si plures sint fundatores, omnes efficiuntur patroni ut notatur in c. 1. supra eod. & per Butr. hic num. 2. Sed hoc factus explicabitur infra in prima questione.

Secundo nota ibi, aut heredes eorum. Jus patronatus esse transmissibile ad quoscunque heredes & sic jure hereditario deferri, concordat textus in c. 1. supra eod. & in Cl. 2. eod. tit. & tenet gloss. in c. Considerandum, in verb. Coheredes 16. q. 7. Feder. de Sep. conf. 111. Quæstio talis est num. 9. vers. Sed contra videtur, dicens ita communiter notari per omnes in c. Cum seculum infra eodem & in d. Clem. 2. Butr. hic n. 3. De communi etiam testantur Cardinal. Abb. Aretin. & alii apud Covarr. varior. resol. lib. 2. c. 18. n. 6.

Tertio nota ibi, justinuit. Fundatoribus Ecclesiarum jus patronatus acquiri non ex mero jure, sed ex gratia & permissione quadam & tolerantia Ecclesie ut hic & in cap. Si quis Episcoporum, ibi, hac gratia referretur, 16. quasi. 5. & hic notant Host. n. 5. in verb. Sustinuit, Joan. Andr. n. 2. Butr. num. 4. Abb. in 1. notab. & reliqui omnes.

Nam, ut inquit Gemin. conf. 45. incipiens. Descendo per ordinem in princ. laici de jure antiquo in Ecclesia etiam per eos reedificatis vel dotatis nullum jus habebant, sed statim Ecclesie ipse cum dotibus suis ad ordinationem pertinebant Episcoporum, & Decretum, c. Regenda & c. Noverrit 10.

4. & notatur in c. Pia mentis, 16. q. 7. Verum tempore succedente constituit Ecclesia ut ipsi patroni haberent in Ecclesia certa jura videlicet jus defensionis ut in c. Filiis 16. q. 7. de quo per Cardin. conf. 123. n. 5. item honorem processionalis ut in d. c. Pia mentis eadem causa & questione & in c. Nobis infra eodem. Item jus alimentacionis ut d. c. Nobis. Item jus presentandi ut c. Decernimus 16. quasi. 7. Et hac laici concessit Ecclesia ut ad fundandas & dotandas Ecclesias inducerentur ut notat Hugo in d. c. Pia mentis, Goffred. in c. Sacrosancta de elect. & gloss. ult. in Clem. su. post med. vers. Et fuit forte motum de rescripti. Quamobrem quidquid juris habent patroni in Ecclesia, totum ex gratia procedit & de speciali gratia toleratur. Hoc ipsum firmat idem Gemin. conf. 50. Quartus an Episcopus in princ. Petr. de Anchar. conf. 113. Jura que loquuntur in princ. Bellam. conf. 10. Factum est tale Joan. num. 10. in fine v. Nec obstat quòd fundator & Abb. conf. 59. Attingam, col. 2. num. 3. vers. Item præsupposito lib. 2. Ratio est quia cum jus patronatus sit spirituale vel spirituali annexum c. Quanto

de judic. de juris rigore & circumscripta dispensatione & privilegio Ecclesie, laicus ejusmodi juris capax non est cap. Decernimus eod. tit. & est simile in c. Prohibemus, supra de Decim. & in c. Cum Apostolica de his que sunt à Prælat. Quam rationem adducunt hic Hostien. Joan. Andr. & alii supracitati, n. 4. & Abb. d. conf. 59. eodem num. & vers. Et in sua quasi. 5. incipiens. Aggerio col. 5. num. 3. & seq. vers. Ego autem. Cum igitur jus patronatus quod laici in Ecclesia habent, gratiosum sit eoque Ecclesia in tali potestate ex gratia succinat, ut hic dicitur, hinc inferunt Host. Joan. Andr. & Abb. ut Papa si velit, possit liberè conferre beneficia juris patronatus laicorum etiam invitatis patronis, ut notatur in c. Cum dilectus in glaf. in verb. Præstare infra eod. & in c. Dilectus de offic. leg. in gloss. in verb. Concessione, que dicit hanc potestatem soli principi competere, non autem legato & in Clem. 2. in glif. in verb. Apostolicis, de præbend. & per Archid. in c. Filiis 16. q. 7. & in c. Hortamur 81. distinct. Non tamen expatit ut Papa

- 57 Patronatus antiquus requirendus est & preferendus extraneo in reedificatione Ecclesie diruta.
- 58 Obligatio simul extinguitur in perpetuum non reviviscit.
- 59 Jus patronatus Ecclesie, qua dotem vel fundum amittit acquiritur ei qui de novo dotat aut fundat non autem patrono antiquo.
- 60 Jus patronatus surgens ex dotatione vel fundatione non amittitur ex sola destructione Ecclesie, eaque reedificata erunt tres patroni ex diversis causis.
- 61 Gratificari an possit Episcopus alteri ex presentatis in discordia an verò teneatur instituire dignorem remissive.
- 62 Concursus an requiratur in Parochiali Ecclesia, quam Episcopus conferri jure devoluto ob lapsum temporis patrono laico ad presentandum præfiri remissive.

liberè disponat de Ecclesia juris patronatus, ne laici à fundationibus retrahantur secundum Hostien. hic n. 5. & Joan. Andr. n. 2. unde fit ut quavis possit, non tamen censetur velle patronatus laicorum derogare, nisi hoc exprimat secundum gloss. præalleg. in d. Clem. 2. Gemin. conf. 38. Pro clariori, num. 13. vers. Ex in ergo patet. & Felin. in tract. Quando litter. Apostol. præjudic. patronat. in princ. Quis imò Host. in d. c. Dilectus sub num. 5. de offic. legati testatur se vidisse litteras per Papam scriptas Prælati Anglie continentes hanc suam protestationem quod quando scribit pro aliquo beneficiando, non est intentionis sue ut conferat ei Ecclesia aliqua, in qua laici obtineant jus patronatus. Unde ut inquit Lap. alleg. 96. incipiens. Beneficia vacantia num. 3. (Nec obstat non disputatur hic de potentia Papa qua planam est quod potest si vult, sed disputatur de eius intentione an velle præstatur hoc non expresso & dicitur non presumi propter rationes prædictas & nimiam cupiditatem in collatione ostenderent Prælati Ecclesiastici, si suo jure laicos privarent, potissime cum reservato jure laicorum plus habeant in confirmatione & institutione, quam laici in presentatione) Hæc Lapus. Et adde Felser. de Senn. conf. 234. Super primo puncto, nu. 3. vers. Non obstat. 16. q. 5. ubi ait habendo respectum ad jura antiquissima, nempe ad c. Decretum, & c. Noverrit 10. q. 1. concessione jura patronatus fuisse gratiosam, sed hodie cùm per jura nova fuerit redacta in corpore juris, amodo non dicitur gratiam, sed justitiam, seu jus commune.

Quarto nota ibi, & plurimorum approbatur assensu, presentationem factam à majori parte patronorum etiam respectu minoris validam esse, licet non sit facta à majori parte omnium ut quia decem erant patroni & quinque presentantur Cajum, tres Titium & duo Sempronium presententur enim Caju presentatus à quinque & ita intrepide esse tenendum per hanc decretalem, dicitur Joan. Andr. n. 3. & Cardin. in 6. q. 9. post Vincent. & Bernard. Compottellan. qui hoc notant in cap. Ecclesia il primo, supra de elect. Rota decis. 568. n. 2. apud Farinac. part. 1. recet. Nec obstat text. in d. c. Ecclesia. Quia loquitur in electione que fit ab aliquibus ut à Collegio & propterea non sufficit ut quis eligatur à pluribus partium comparatione minorum, sed requiritur major pars Collegii. Facit quod notatur in c. Cum omnes supra de constitut. At fecit etiam in presentatione ut hic Unde infero Joan. Andr. eod. n. 3. ut si duo sint patroni unus possit alterum presentare, licet ex duobus eligentibus unus non possit alium eligere.

Quinto nota hic, qui majoribus jvatat meritis, ad hoc ut presentatur in discordia patronorum sit preferendus, duo videri necessaria, videlicet ut sit dignior & habeat plures voces & ita videtur innuere hæc littera & notant Abb. Antiqu. in princ. & Butr. in 4. notab. Sed nihilominus communiter tenetur sufficere ut presentatus à pluribus sit idoneus, licet alius sit dignior, atque ita sufficit major pars, licet illa non sit sanior & sit comparatio numeri ad numerum, non autem zeli ad zelum, aut meriti ad meritum, ut hic firmat glossa in verb. Majoribus, Hostien. n. 5. in verb. eligitur Roch. de Curte in tractat. de jure patron. in verb. Honorificum, qu. 15. & 58. Lambertin. in eodem tract. lib. 2. q. 4. art. 2. & 3. Et hanc partem hodie non obscure approbavit Concilium Tridentinum in c. 18. sess. 24. Nam est in parochialibus liberè collationis & juris patronatus Ecclesiastici jussu dignior esse eligendum; tamen in Ecclesia jus patronatus laicorum voluit fatis esse ut presentatus ab examinatore Sinodali sub examine, & idoneus reperitur admittatur, ut hic in vers. Quod si jus patronatus.

Ultimò nota ex sine litteris jus ordinandi Ecclesiam ad Episcopum devolvi, cum quæstio super jus patronatus infra quadrimetris non fuit terminata, si jus patronatus sit laicorum ut hic & in c. Cum propter infra eod. vel infra semel si sit Ecclesiasticum ut in c. Eam te infra eod. Quod procedit si quæstio sit super quasi possessione presentandi ut infra in c. Consultandum. Sive super proprietate, nec alius sit in possessione secundum Ignaz. in verb. de jure patre.

Ex

Ex his collige unum quod primò facit videtur mirabile secundum Abb. in c. Cum propter in 1. notab. infra eodem ut scilicet non valent presentare propter impedimentum litis, currat tempus ad presentandum contra jura regularia, nam tempora hujusmodi non currunt nisi negligenter ut legitur & notatur in cap. Ne pro defectu supra de elect. & in c. 2. de concess. præbend. negligens autem dici non potest is, qui agit l. Contra majores, Cod. de inoffic. testam. Joan. Andr. hic num. 7. vers. Sed obstat. Unde hanc Constitutionem declaro primò ut procedat si quæstio super patronatu vertatur inter comparatos & propter illorum discordiam non fuerit decisa infra tempus à jure præfixum in quibus terminis loquitur hæc decretalis. Secus si contentio sit inter Episcopum & patronum puta quia Episcopus præterdat Ecclesiam esse liberè collationis, & patronus asserat esse de jure patronatus, tunc enim tempus ad presentandum non currit patrono ut præfatur impedito, nec Episcopus ordinabit Ecclesiam, sed ponet hic Oeconomiom quousque quæstio fuerit terminata ut legitur & notatur in c. Cum vos supra de offic. ordin. secundum Host. hic num. 7. vers. Et hoc est verum & Abb. num. 7.

Declaro secundò ut procedat si contentio hujusmodi sit inter comparatos, prout loquitur hæc littera; Secus si inter presentatos, ut resolvit Rota decis. 586. num. 7. apud Farinac. in Collect. 1. novissim. & idem dicendum si sit vertatur inter patronos & presentatos; qui non habet locum devolutio de qua hic secundum Joan. Andr. in d. c. Cum vos n. 2. vers. Unde jura de offic. ordin. Butr. ibid. n. 7. vers. Jura ergo & Imol. n. 7. vers. Nec obstat, Lap. alleg. 78. num. 15. Rota apud Farinac. decis. 81. in fin. part. 1. recetior.

Declaro tertio ut procedat si contentio sit super patronatu secus si super idoneitate personæ; quia non incit hæc devolutio ut post Joan. Andr. tenet Abb. hic num. 7. Et idem dicendum si patroni non possent inter se concordare de persona presentanda, quia tunc habet locum dispositio c. Nulla supra de concess. præbend. ut scilicet sex mensibus expectari debeat secundum Innocent. hic num. 1. in verb. Ordin. n. 7.

Declaro ultimò ut locum habeat tantummodò in questione jura presentandi non autem jura eligendi; nam si inter electores contentiatur de potestate eligendi & quæstio non terminetur infra tempus præfixum ad eligendum, potestas liberè ordinandi Ecclesiam ad Superiorem non devolvitur, quia non est quod impetetur electionibus, cum per eos non sit quominus eligant, sed propter litem sibi motam. Unà cum contrarium non sit statutum nisi super presentatione ut hic, non debemus hoc jus extendere ad contentiones super electione, ita probat textus in capite secundo de in ius suum restitutione, ubi dicit super jure eligendi certatum tunc & tamen eligendi potestas non fuit ad Superiorem devoluta ut concludunt hic Hostienus & Joannes Andreas ambo num. 7. vers. Sed nec in hoc casu & Abb. n. 6. Prefertitur verò quia inter jus presentandi & jus eligendi considerari potest multiplex ratio diversitatis, nam presentatio inritur gratis ut dixi supra in 3. notab. electio verò juri communi ut c. 1. supra de elect. Præterea jus pinguis habent electores quam presentatores ut colligitur ex gloss. 1. in c. Quando 93. dist. jundo c. Quod autem infra eod. Ac demum de medio patronorum præjudicio agitur si lite pendente alius ab Episcopo instituitur; sed electio ex devolutione heret magnum præjudicium, quia forte haberent quem non vellent aut non expediret habere. Unde merito aliud statuitur cum controversaret de jure presentandi & aliud cùm de jure eligendi ut bene per Abbatem d. n. 6.

Quero, an ex sola fundacione acquiratur jus patronatus; an verò etiam requiratur constructio & dotatio. Ad evidentiam præmitto fundare Ecclesiam strictè sumpto vocabulo nihil aliud esse, quam fundum dare, ubi Ecclesia est construenda, textus est in cap. Abbatem il. secundo, hic. Et possessionis Dominus 18. q. 2. & in c. Nobis, ubi Joan. Andr. & alii rotant, infra eodem. Sed in latiori significatione & communi usu loquendi dicuntur fundare etiam qui construunt ut probatur in d. c. Nobis & in c. Nos quidem, junctâ expositione, Joan. Andr. ibi, de restam. & declarant Roch. de Curte in tract. de jure patr. in verb. Ecclesiam fundavit in 1. q. & Paul. de Citrad. in eod. tract. in 3. q. princ. art. 11. Unde Conc. Trid. in c. 9. sess. 25. dùm statuit titulum juris patronatus esse ex fundatione vel dotatione, sub romine fundacionis comprehendit etiam constructionem seu adificationem Ecclesie; sicut etiam comprehendit gloss. in c. Generali in verb. Fundatione de elect. lib. 56. & notat Abb. in c. Ad adducendum il. primo in 3. notab. supra de Eccles. adificat. Et eodem modo sub nomine constructionis includitur fundatio ut in c. Filiis, 16. q. 7.

Quibus præmissis ad propositam quæstionem responderetur daibus conclusivè.

Prima conclusio est. Jus patronatus non acquiritur, nisi hæc tria copulativè concurrant, videlicet fundi collatio, Ecclesie constructio & dotatio autoritate Diocesani. Hæc conclusio est Abbatis in conf. 106. Prius juxta ordinem num. 2. vers. Sed his non obstantibus & vers. Præterea lib. 2. ubi firmat ex causa fundacionis, constructionis & dotationis posse effici tres patronos utius Ecclesie si in his tribus simul concurrant; aliis secus. Inducit ad hoc gloss. singular. in cap. Quicumque in verb. Aliquid 16. q. 7. que dicit ex modica dote quem non effici patronum, ergò multò minus si nullam dotem contulerit, & secundum Abb. vult illa gloss. ut ex sola fundacione & constructione sine assignatione dotis competens non acquiratur jus patronatus.

Verum Lambertin. in tract. hujus tituli, lib. 1. part. 1. in 3. q. principali num. 2. vers. Est bene verum; late refellit doctrinam Abbatis. Primò quia in gloss. non loquitur de eo, qui Ecclesiam construxit, sed de eo qui contulit modicam dotem Ecclesie jam constructæ, qui abique dubio non efficitur patronus ratione dotis insufficientis. Deinde quia jura inferius citanda in secunda conclusione dùm disponunt de acquisitione juris patronatus, loquuntur alternative videlicet ex causa fundacionis vel constructionis vel dotationis & consequenter non requirunt ut omnia simul concurrant. Ac demum pro hac parte inducit Innoc. in rubr. hujus tit. ubi videtur sentire ex sola fundacione vel constructione quem effici patronum quia dedit Ecclesiam de non esse ad esse, licet dotem non contulerit, ut hic latius per Lambertinum qui ex his concludit, jus patronatus acquiri ex sola fundi collatione vel adificatione Ecclesie, etiam si non ipse, nec alius dotem assignaverit; ego existimo propositam conclusionem esse veram & Lambertinum hallucinari.

Moveor primò ex autoritate ipsius Innocentii in rubrica hujus tit. n. 2. ubi determinat jus patronatus tribus ex causis acquiri scilicet Ecclesie constructione, Ecclesie dotatione & territorii ad Ecclesiam fundandam collatione & quemlibet istorum patronum esse & rectè sic vocari, qui sicut patet filium ita patronus rem, id est Ecclesiam de non esse deducit ad esse; & mox subdit. Non enim potest fieri Ecclesia nisi fundus ibi assignetur & hic Ecclesia adificetur & ante fundationem dos assignetur ut c. Nemo de consec. dist. 1. Sentit ergò Innoc. non posse quem effici patronum, nisi Ecclesiam de non esse deducat ad esse & Ecclesiam fieri, seu quod idem est ad esse deducti non posse, nisi simul fundus conferatur, Ecclesia adificetur & ante fundationem dos assignetur & Innoc. sequuntur in c. 1. supra eod. Hostien. n. 4. & Joan. Andr. num. 8.

Moveor secundò, quia ex eo quòd quis assignet fundum pro Ecclesia adificanda, si nec ipse, nec alius illum adificet Ecclesia non potest dici in esse producta ut patet ad sententiam & probatur in d. c. Nemo, de consec. dist. 1. Ergò fieri non potest ut ex sola fundi collatione quis efficiatur patronus & acquirat jus patronatus in Ecclesia, que non est in rerum natura, quia impossibile est predicari de non esse, ut inquit Angel. conf. 390. Charissime frater n. 1. Quin imò ut inquit Feder. de Sen. conf. 129. Cujus talis est n. 2. (Si in opere Ecclesie, seu Capelle non sit tantum processum ut possint hic divina officia celebrari; non potest adhuc Ecclesia, vel basilica appellari, quia non sunt ibi substantialia; & sic clam non possit hic adhuc consecrari Ecclesie non potest dici Ecclesia, que non est in rerum natura.) Hæc Feder.

Moveor tertio, quia jus patronatus est jus honorificum, & onerosum & utile alicui in Ecclesia competens pro eo quòd de Diocesani contentu illam fundavit, dotavit vel construxit ipse velis à quo iustam causam habet; ut definit Joan. Andr. reiectis antiquorum definitionibus supra in rubr. hujus tit. n. 3. v. Si jus igitur sine calumnia. Cujus definitionem postea probantur omnes & latissime explicarunt Roch. de Curte, Casar. Lambert. & alii, qui de hoc titulo tractatus ediderunt. Verba autem hujus definitionis nullatenus verificari possunt nisi Ecclesia simul sit fundata, constructa & dotata. Patet quia verbum illud, honorificum, importat ut Patronus honorificentius in Ecclesia recipiatur, & studiosè et à Ministris Ecclesie deseruiatur, & in possessione præ aliis honoretur, c. Pia, & c. Prigentius, 16. q. 7. secundum Innocentium in hac rubr. n. 3. Quomodo autem poterit honorificentius recipi in Ecclesia nondum adificata? Aut qui Ministris sine stipendio esse poterunt, qui Patrono deserviant? Similiter verbum, onerosum, designat ut Patronus teneatur Ecclesiam ad immigrationem defendere, & de rebus Ecclesie sollicitudinem gerere ne fraudantur, c. Constitutum, 16. q. 1. & c. Filiis, q. 7. Quod patet supponit Ecclesiam jam constructam & dotatam fuisse. Item illud verbum, utile, importat ut si Patronus perveniat ad egestatem, alatur de bonis Ecclesie, c. Quicumque, 16. q. 7. & notat Inn. Inco. cit. at quomodo alii possit ex bonis Ecclesie que dotem non habent; cùm præfatis alimenta non sint patrono prestanda nisi ex provenibus que Ecclesie superflunt & ult. ad fin. 25. q. 2. & notat gloss. in d. cap. Oicumque in verba Ad inquam. Cum igitur verba definitionis Juris patronatus nullo modo conveniant ei qui dedit fundum, nullo

classe constructio & dotatio autoritate Diocesani. Hæc conclusio est Abbatis in conf. 106. Prius juxta ordinem num. 2. vers. Sed his non obstantibus & vers. Præterea lib. 2. ubi firmat ex causa fundacionis, constructionis & dotationis posse effici tres patronos utius Ecclesie si in his tribus simul concurrant; aliis secus. Inducit ad hoc gloss. singular. in cap. Quicumque in verb. Aliquid 16. q. 7. que dicit ex modica dote quem non effici patronum, ergò multò minus si nullam dotem contulerit, & secundum Abb. vult illa gloss. ut ex sola fundacione & constructione sine assignatione dotis competens non acquiratur jus patronatus.

Verum Lambertin. in tract. hujus tituli, lib. 1. part. 1. in 3. q. principali num. 2. vers. Est bene verum; late refellit doctrinam Abbatis. Primò quia in gloss. non loquitur de eo, qui Ecclesiam construxit, sed de eo qui contulit modicam dotem Ecclesie jam constructæ, qui abique dubio non efficitur patronus ratione dotis insufficientis. Deinde quia jura inferius citanda in secunda conclusione dùm disponunt de acquisitione juris patronatus, loquuntur alternative videlicet ex causa fundacionis vel constructionis vel dotationis & consequenter non requirunt ut omnia simul concurrant. Ac demum pro hac parte inducit Innoc. in rubr. hujus tit. ubi videtur sentire ex sola fundacione vel constructione quem effici patronum quia dedit Ecclesiam de non esse ad esse, licet dotem non contulerit, ut hic latius per Lambertinum qui ex his concludit, jus patronatus acquiri ex sola fundi collatione vel adificatione Ecclesie, etiam si non ipse, nec alius dotem assignaverit; ego existimo propositam conclusionem esse veram & Lambertinum hallucinari.

Moveor primò ex autoritate ipsius Innocentii in rubrica hujus tit. n. 2. ubi determinat jus patronatus tribus ex causis acquiri scilicet Ecclesie constructione, Ecclesie dotatione & territorii ad Ecclesiam fundandam collatione & quemlibet istorum patronum esse & rectè sic vocari, qui sicut patet filium ita patronus rem, id est Ecclesiam de non esse deducit ad esse; & mox subdit. Non enim potest fieri Ecclesia nisi fundus ibi assignetur & hic Ecclesia adificetur & ante fundationem dos assignetur ut c. Nemo de consec. dist. 1. Sentit ergò Innoc. non posse quem effici patronum, nisi Ecclesiam de non esse deducat ad esse & Ecclesiam fieri, seu quod idem est ad esse deducti non posse, nisi simul fundus conferatur, Ecclesia adificetur & ante fundationem dos assignetur & Innoc. sequuntur in c. 1. supra eod. Hostien. n. 4. & Joan. Andr. num. 8.

Moveor secundò, quia ex eo quòd quis assignet fundum pro Ecclesia adificanda, si nec ipse, nec alius illum adificet Ecclesia non potest dici in esse producta ut patet ad sententiam & probatur in d. c. Nemo, de consec. dist. 1. Ergò fieri non potest ut ex sola fundi collatione quis efficiatur patronus & acquirat jus patronatus in Ecclesia, que non est in rerum natura, quia impossibile est predicari de non esse, ut inquit Angel. conf. 390. Charissime frater n. 1. Quin imò ut inquit Feder. de Sen. conf. 129. Cujus talis est n. 2. (Si in opere Ecclesie, seu Capelle non sit tantum processum ut possint hic divina officia celebrari; non potest adhuc Ecclesia, vel basilica appellari, quia non sunt ibi substantialia; & sic clam non possit hic adhuc consecrari Ecclesie non potest dici Ecclesia, que non est in rerum natura.) Hæc Feder.

Moveor tertio, quia jus patronatus est jus honorificum, & onerosum & utile alicui in Ecclesia competens pro eo quòd de Diocesani contentu illam fundavit, dotavit vel construxit ipse velis à quo iustam causam habet; ut definit Joan. Andr. reiectis antiquorum definitionibus supra in rubr. hujus tit. n. 3. v. Si jus igitur sine calumnia. Cujus definitionem postea probantur omnes & latissime explicarunt Roch. de Curte, Casar. Lambert. & alii, qui de hoc titulo tractatus ediderunt. Verba autem hujus definitionis nullatenus verificari possunt nisi Ecclesia simul sit fundata, constructa & dotata. Patet quia verbum illud, honorificum, importat ut Patronus honorificentius in Ecclesia recipiatur, & studiosè et à Ministris Ecclesie deseruiatur, & in possessione præ aliis honoretur, c. Pia, & c. Prigentius, 16. q. 7. secundum Innocentium in hac rubr. n. 3. Quomodo autem poterit honorificentius recipi in Ecclesia nondum adificata? Aut qui Ministris sine stipendio esse poterunt, qui Patrono deserviant? Similiter verbum, onerosum, designat ut Patronus teneatur Ecclesiam ad immigrationem defendere, & de rebus Ecclesie sollicitudinem gerere ne fraudantur, c. Constitutum, 16. q. 1. & c. Filiis, q. 7. Quod patet supponit Ecclesiam jam constructam & dotatam fuisse. Item illud verbum, utile, importat ut si Patronus perveniat ad egestatem, alatur de bonis Ecclesie, c. Quicumque, 16. q. 7. & notat Inn. Inco. cit. at quomodo alii possit ex bonis Ecclesie que dotem non habent; cùm præfatis alimenta non sint patrono prestanda nisi ex provenibus que Ecclesie superflunt & ult. ad fin. 25. q. 2. & notat gloss. in d. cap. Oicumque in verba Ad inquam. Cum igitur verba definitionis Juris patronatus nullo modo conveniant ei qui dedit fundum, nullo

F 6

alio Ecclesiam constituit & dotante, nec ei qui constituit, si nec ipse, nec alius dotem assignavit, conseqens est ut nec competat definitum, ut l. 1. §. Dolum, ff. de dolo, c. Cum causam, infr. de raptor. & notat gloss. Host. Joan. Andr. Cardin. & alii in rubr. supra de summa Trinit. & fid. Cathol.

dicat ex secunda presentatione non posse alium jus competere, si competat ex prima, quia quod meum est ex una causa &c. & Matrimonium carnale sicut spirituale constare non posse ex consensibus iteratis, quia cum sit individuum, aut ex primo consensu tenuit, & sic nihil addit secundus, aut non tenuit & potest consistere ex secundo, allegat glossa in c. su. de translat. Episc. & Joan. Andr. hoc dicentem in addit. ad Speculat. in tit. de re script. §. Ratione autem causae, vers. Item obtentum est.

fic. Aut Ecclesia non est funditus destructa & ex refectione sui reparatio jus patronatus non acquiritur. Et in hoc casu vera est opinio Laurentii de qua supra. Aut Ecclesia est profusa diruta ita ut egeat nova consecratione juxta textum in c. de Fabrica, de consecr. dist. 1. & hoc secundo casu, aut quis Ecclesiam reedificat sine consensu Episcopi Diocesani; & nullum jus acquirit, arg. leg. Usufructuarius, ff. de usufruct. ubi patet usufructuarius non posse immutare formam rei, etiam si alius non possit uti. Et ex expressum in Auth. ut nullus fabrica orat. dom. §. 1. collat. 5. nam quemadmodum a principio non licet Ecclesiam construere sine consensu Episcopi, ut in c. Nemo de consecr. dist. 1. ita nec postea illam reedificare ut acquiratur jus patronatus, ut bene per Abbatem hic n. 8. Aut Ecclesiam profusa dirutam reedificat de Diocesani consensu & acquirit jus patronatus, quia perinde est ac si Ecclesiam ab initio construxisset, c. Consultat infra de Judais, ubi habetur favorabiliter esse reedificare constructam, quam de novo construere & est casus in d. Auth. Ut null. Fabr. orat. domini §. 1. per totum enim destructionem Ecclesiam remanet execrata d. c. de Fabr. de consecr. dist. 1. c. Profusisti & cap. In lignis de consecr. Episc. vel Altar. secundum Joannem Andream supra in rubricis numero tertio, versiculo, Sed non placet hac reprehensio; & prior patronus qui per primam dedicationem Ecclesie acquisivit jus patronatus, per totalem illius destructionem radicatus ipsum jus amittit, ut tenet Bernard. hic in fine prima glossa, & Hostiens. post eum n. 3. Joan. Andr. n. 12. Henric. Boich. prope finem, vers. Prior vero Patronus, Cardin. q. 3. & reliqui omnes. Equum tamen est ut antequam Episcopus extraneo de consensu suo edificare volenti consentiat, antiquum Patronum super hoc requiratur, & ipsum cuilibet extraneo praeferat, arg. cap. Cum Apostolica, de his que sunt in prelat. cap. Patuit, de locat. & conduct. & cap. Ad hac in fine de offic. Archid. secundum Host. Et alios praelegatos, & concordat quod notat idem Hostiens. in cap. Nobis infra eod. Supra dictam glossam distinctionem probatur hic Tancred. Joan. Andr. & Henr. Boich. loco cit. & Abb. n. 1. & v. 1. Stephil. de litter. grat. tit. de mod. & form. impetr. §. Sequitur videre n. 6. Burfat. conf. 310. a. n. 3. vol. 3. Lambertin. de jure patr. lib. 1. part. 1. in 6. q. principalis art. 3. Menoch. conf. 90. sub n. 24. & 25. Rota decis. 306. a. n. 3. part. 3. divers. & apud Card. Seraphin. decis. 555. n. 2.

semel extincta in perpetuum non reviviscit, l. Qui tu. ff. Arcam, ff. de solut. & c. Quis de consecr. dist. 4. Ad hoc textus optimus in l. Quid tamen, §. penult. ff. quibus modis usufr. amitt. ubi si navis fuerit per partes refecta durat usufr. fructus: sed si ex toto destructa fuerit, & postea rellaurata, licet ex eisdem tabulis, usufructus extinctus est. Sicut si domus ex iisdem cmentis, lignisque fuerit restructa, usufructus extinguatur, & pro hac parte post multa conclusit gloss. 1. hic vers. Item quid si reedificata est, Host. n. 2. in eod. vers. Bur. n. 17. Cardin. n. 7. in 3. quest. Abb. n. 11. & plerique alii. Neque obstant Jura contraria allegata in glossa, ex quibus arguitur Ecclesiam reedificatam censeri eandem Ecclesiam, & loco prioris succedere. Quoniam loquuntur in eo casu, in quo semper remanet materia, ut responderi Jean. Calderin. & post eum Cardin. ubi supra.



Patronum faciunt dos, aedificatio, fundas.

Idem apertius tenet Innoc. supra in rubr. dum primò ponit hos tres modos acquirendi patronatum & postea subdit, quilibet autem ipsorum patronus est. Idipsum clarè voluit Archid. in c. 1. post princ. de jure patronatus lib. 6. ubi ait posse effici plures patronos ex diversis causis, puta quia unus est patronus ex fundi datione, alter ex datione, alter ex constructione; & sequitur Card. supra in rubr. in 4. q. & cons. 122. Quidam habens quoddam fundum, col. 2. vers. Ad quod respondeo, Abbas conf. 39. Quidam Dominus Jacobus post princ. lib. 2. & alii apud Lambertinum afferentem hanc esse communem omnium Doctorum sententiam in tractatu hujus tituli, libro primo, parte primà in 3. quest. principalis art. 1. non.

Quartò, cum similiter hic dicatur jus ordinandi Ecclesiam ad Episcopum devolvi, si questio super Patronatu inter comparatos laicos non fuerit decisa infra quatuor menses ad presentandum praefixos; querendum esset numquid Episcopus Parochialis Ecclesiam Jurispatronatus hanc conferens jure devoluto, teneatur servare formam examinis per concursum praescriptum à Concilio in d. cap. 18. in Parochialis libere collationis. Sed de hoc quoque articulo late discussum in capite Càm propter, in 1. quest. n. 7. infra eod.

Secundò quero, an ex reedificatione seu refectione Ecclesie acquiratur jus patronatus. Negat Laurentius & post eum Innoc. hic in princ. arg. leg. Praetor, §. Vicinales, ff. ne quid in loco publico melius distinet §. Viarum, vers. Vicinales, ubi vicinalis via dicitur privata, si ab initio facta sit à privatis publica, si solum restituitur expensis privatòrum, atque ita quod publicum est ex simpliciter refectione non desinit esse publicum. Inducunt etiam rationem, quia quod humani juris esse desinit, servitutem non recipit, lege Caveri, ff. Commun. praedior. & argument. cap. Ad hac in fine supra de Relig. domibus cum jure concord.

Veram glossa Bernardi hic in verbo Fundatores distinguit